



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De sacra militia Conradi II. pro Episopo Cremonensi. Cap. XLIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

retur, obtinuit etiam ab Imperatore Conrado Mosellanorum Ducatum.

Otto Frisingensis libro v i. Chronicorum cap. xxxi. vocat eum Gozilonem Ducem Belgarum, vbi meminit victorię eius quam ad Barrum habuit contra Odonem Comitem.

*De sacra militia C O N R A D I I I . pro Episco-
po Cremonensi.*

C A P . X L I I I .

Hic Impera-
tor Duce
Gothenonem,
a S. Henri-
co creatum,
moriens su-
perstitem re-
liquit.
*Ex lib. 8. Si-
gonij.*

S A N C T O Henrico in Imperio successit Conradus II. per annos x v. Qui in Italia contra Cremonensium coniurationem non ciuale modò, sed sacrum quoque bellum ges- sit. Hi anno 800. xxxv. Landulphum Episcopum consilijs suis aduersarium ex iracun- dia inuaserunt; eoque vrbe depulso, bona di- ripuerunt, & custodes, qui cum quibusdam Canonicis ibi erant, venales habuerunt, & fortunis omnibus spolarunt. Vrbe vetò ve- tere à fundamentis eruta, maiorem alteram, ut Conrado resisterent, condiderunt, ac po- stero anno Hubaldum Episcopum, qui mor- tuo Landulpho successerat, multis contu- melijs affectum, possessionem inire bono- rum Ecclesiæ voluerunt. Quæ mala Conra- dus audiens, iniquissimè tulit, & Cremonam procedens, coniuratos quoscumque seueris- simis quæstionibus exercuit. Exstat decre- tum eius, quo propter iniurias Landulpho & Hubaldo Episcopis illatas, ad corum contu- maciam

maciam comprimendam, & tanti mali consuetudinem extirpādam, omnium qui coniurauerant ciuium prædia in vrbe, suburbio, agrōue per quinque millia passuum in circuitu sita, ecclesiæ Cremonensi addicit; prohibens ne Dux, Marchio, Comes & Sculdasio eam possessionem prohibere, aut vlla ratione turbare possit.

Toto eius Imperij tempore Gothelo Ducatu Lotharingiæ præfuit, ex substitutio-
ne S. Henrici.

De sacra militia Imperatoris HENRICI cognomento Nigri, quem Germani III. Itali II. vocant.

C A P. X L I V.

HENRICVS Niger anno C I C XL. Con- Hic vnum
creauit Ducem Bra-
bantie.
rado patri in Imperio successit. Hic gra-
ui bello restituit Petrum Vngariæ Regem,
Stephani nepotem, quem inuisum suis & sus-
pectum ob studium & affectum erga peregrini-
nos, Christianæ religionis caussa, & quod
insolentius atque crudelius multa faceret de
consilio paucorum à quibus pendebat, Quo
quidam conspirationis Dux regno pepulerat.

Deinde anno ∞ . x l v i . vt Sigebertus
notat, vno contra duos, & duobus contra
vnum de Papatu contendentibus, Rex Hen-
ricus contrā eos Romam vadit, & eis cano-
nica, & imperiali deinde censura depositis,
Suidgerus Bambergensis Episcopus, qui &

E 5 Cle-